

langt. (Wir danken Günter Kroll für freundliche Auskunft.) – *Opitz-Brieferepertorium*, Nr. 122. – Bisher nicht veröffentlicht.

A *Fehlt. S. aber Vermerk Bl. 2r: „Opitio Breslaviam“.*

S. P. D.

Ego verò, Præstantissime Opiti, et festinam^a illam^b abitionem,^{c1} facilè habeo excusatam, quod res tuæ sic ferrent; et^d effusissimum simul^d amorem tuum,^d ambabus quod diu solet ulnis amplector. Interim tamen summam illam laudem, quibus me tantopere^e extollis, non meis meritis,^f quæ sentio quam sint exigua, sed tuæ potius benevolentia ac singulari erga me affectui, adscribo. Placet tamen vel iniusta laudatio, non quòd titillet animum talibus capi nescientem, sed quòd à tanto amico^c profecta sit; cuius ingenij elegantias iam olim est quum admirari cœpi, ut vel unus mihi Sixtinus² testis esse potuerit locupletissimus. Illustrissimi Comitis³ liberalitatem, quam rite⁸ rectam prædicas, ego^h dapsillimam^c esse non verbis tantum,^e sed rebus ipsis iisdemque præsentibus, expertus sum. Sanè non tuam modò Dominiq̄ue Schönbornij⁴ commendationem, sed ipsam etiam meam expectationem longissimè superavit. Faciam et ego vicissim, ut ipsius¹ Celsitudo in mea quoque diligentia nihil desiderare possit. Institutum tuum de conscribendis Jllustrissimæ huius gentis Dohnanæ commentarijs⁵ tantum est ut improbem, ut etiam more prisco ac solemnī FELICITER accinam. Nec detrecto^c meas opes qualescunque conferre. Nunc quidem meam bibliothecam⁶ ad manus nondum habeo, Bremæ (quam Fabiramum⁷ maiorem¹ dixere) in custodia relictam, quum ante quinquennium ex illis partibus [1v] familiam meam propter motum Danicum in hanc urbem securitatis ergò traducerem.⁸ Habeo tamen adversaria ex libris studiosè^e collecta, nec infestivam insuper copiam librorum aliquot centenorum,^c vel (ut propius dicam) millenorum, in^k hac ipsa urbe paratam, qui alteram partem meæ conficiunt biliothecæ.^e Audi quid mihi in mentem veniat. Est¹ illa, ut inaudire potuisti, mea^e Bibliotheca non modo illustris, sed (ut sine^m iactantia dicam) Regia ex rarissimis quibusve omnium nationum, linguarum, sectarum, et facultatum,ⁿ libris constans,^h undiquaque orbis^e terrarum^o conquisita incredibili tum studio^d tum impendio. Vidisti me in coràm, notasti canitiem, et viriculas gracilis^p corpusculi ad senium declinantes. Quæ singula^d aurem mihi vellunt, monentque evocationis ad coelestem curiam, ubi, relictis istis voluminibus^q mundanis, in Solo illo libro Vitæ lecturi^c simus sine cessatione. Jtaque rebus meis prospicere tempestivè satagans, animum meum induxi Bibliothecam tam festivam et preciosam^r certo alicui loco destinare, ubi integra^s ac inconvulsa Xristo, Ecclesiæ, Reipublicæ, bonorumque omnium utilitatibus inserviat, simulque industriæ meæ qualescumque monumentum aliquod existat. Jnclytus Senatus Bremanus ante hos^t sex annos pro ea, quam fidei eorum commiseram, parte mecum^u in quatuor mille thalerorum precium^v convenerat, vti plebs interveniens pacta nostra rescidisset, bellicos sumptus excusando. Quondam baro Schönai-[2r]chius⁹ Cancellarius etc. seriò mecum^w agebat de bibliotheca illustrium librorum in^x Gymnasio suo instituenda, sed temporum quæ^y subinde inciderat^z iniquitas^e conatum eius^e frustrata est. Quod si Jllustris-